

Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 81

Ego in Dei nomine Mauritius pertractans cum consensu et consilio bonorum virorum, ut aliquid de rebus meis delegarem ad loca sanctorum; quod et ita feci. Idcirco trado ad ecclesiam sancti Willibrordi portionem meam in pago Wabarinse in villa que dicitur Matringa, et in alia villa que dicitur Cruopfta, et quicquid pater meus michi in hereditate dimisit, hoc est curtis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aqua- rumve decursibus, et quicquid in his duobus locis visus sum habere. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno VII regnante Karolo rege.